

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes  
aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula IV. Ex duobus malis minus est eligendum

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

esse; nempe, Regulam non tantum intelligendam  
est de eo, quod in se, & absolute est perfectius, sed  
& de eo, quod est convenientius & melius appetenti.  
Uli quis induitus sic ueste pretiore, potest desi-  
derare viliorem. & quam scit esse viliorem, sed quæ  
pro constitutione aëris aut aliarum circumstanti-  
um sit commendior.

## REGULA IV.

*Ex duobus malis minus est eligendum.*

I. Ita intelligendum est: *Quando occurruunt duo  
mala, quorum necessariò alterum est eligendum, nec  
sunt potest, ut utrumque evites, tunc eligendum est  
id, quod est minus.* Ut cum obortâ tempestate,  
aut moriendum mercatori est, aut merces in ma-  
te projiciendæ, merces utique projiciuntur. Et  
haec sunt duo mala pœnæ; quamvis & malum cul-  
pe non nunquam concurrat: ut si quis se potius in  
mortem dare, quam vivere, & mercium jacturam  
facere velit. Et sane quandocunque duorum ma-  
lorum, quorum utrumq; vitare non licet, alterum  
culpæ est, alterum pœnæ, malum pœnæ eligendum.  
*If præ malo culpæ, cùm hoc majus sit, & omnis ele-  
gio mali culpæ sit illicita & prohibita.*

II. Sed quid si duo mala culpæ offerantur? Ut  
quis te cogere velit, ut hunc vel illum hominem  
occidas, aut bona ipsius furto auferas, intermi-  
nata morte, nū feceris? Resp. Quandocunque

Mmm z duo

duo mala culpæ offeruntur, neutrum est eligendum, sed potes utrumque respuere. Datur enim tertium, ne tempè malle mori, idque patet in præsenti exemplo. Si enim mortem contemnas potius, quam tanta peccata perpetras, ab utrōque peccātō eris immunis. Et hoc pertinet, quod Aristoteles *III. Eth cap. I.* scribit, *in aliquibus, inquiens, fortassis nulla vis valet, sed potius moriendum est, patiendum maximè terribilia.*

## REGULA V.

*Si maximum maximo præstat, etiam genera generibus præstant.*

Et :

*Quæcunque genera generibus præstant, etiam maximum maximo. Aristoteles I. Rhet. VII.*

I. Sensus est: *Quando sunt duo genera, si, quod est sub uno genere maximum, præstat illi, quod est sub altero genere maximum, tunc illud genus alteri generi præstat.* Et vice versa: *Si unum genus alteri præstat, oportet ut maximum illius generis præset maximo alterius generis.*

II. Quod quidem non tantum de magnitudine molis intelligendum est, sed & virtutis seu perfectionis. Illuc liquidem perfectius altero est, cuius perfectissimum est perfectius alterius perfectissimo, & vice versa. V. gr. (dicit Aristoteles) si

ma.

maximus  
imajore  
mulierib  
muliere  
major in  
runt maj  
Rhenanu  
ma specie  
st melio  
Klingenb  
ductis, ge  
nā prædi  
communi  
miviri, n

Bonum c

I. Ob  
tius prop  
tem, quo  
festa, qui  
hac auter  
magis pr  
ut haber  
quod II. e  
lans ait, n  
munem fi